



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

LXVIII. Abrechnung des Markgrafen mit Albert Wolfsteiner, vom 1. November 1345.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

cum jure patronatus, officio prefecture et taberna ville predictae iusto dotalitii titulo, per vite sue tempora pacifice et quiete sine impedimento quolibet possidenda. In cuius etc. Testes mautner, swyker, wolffteiner, hufener, hele, Lochin, magister coquine et satzenhofer. Datum posnanie, anno XLV<sup>o</sup>. feria sexta ante Michaelis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

LXVIII. Abrechnung des Markgrafen mit Albert Wolffteiner, vom 1. November 1345.

Habita computatione cum wolffteiner ultra omnia percepta et exposita dominus remansit sibi obligatus in CCCL et XVII $\frac{1}{2}$  marcis argenti Brandenburgensis et ponderis et in XII. marcis notariis suis assignatis. Actum Spandow, anno XLV<sup>o</sup>, in die omnium sanctorum.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

LXIX. Der Markgraf Ludwig verzeiget dem Johanniter Orden das dem Beckin von der Ost und Dobergoz von Sampter zugehörige Dorf Buchholz, am 16. November 1345.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. ad instantem requisitionem strenuorum virorum Betkini de Ost, militis, et Dobergozcii de Samptur, fidelium nostrorum dilectorum, cum matura deliberatione nostrorum consiliariorum, appropriavimus et appropriare decrevimus per presentes honorabilibus viris et religiosis commendatori ceterisque fratribus presentibus et futuris domus sue curie diete Quartzan ordinis domus Sancti Johannis hospitalis Jerosolymitani villam Bucholt prope Bernowe ad dictam domum Quartzan, eo iure forma modo et conditione, quibus dictis Betkino et Dobergozcio pertinebat, perpetuis temporibus sine datione precaria exactione et angaria quibuslibet pacifice seu quiete sine impedimento quolibet pertinendam. Renuntiantes etc. Testes Wolffteiner, Hufener, Satzenhofer, Altman et Conradus Hele. Datum Driefen, anno XLV<sup>o</sup>. feria quarta post Martini.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).